

blicas Ecclesiae preces Deo Patri per Filium eius offerre, ut per Spiritus sancti virtutem mentem nostram dirigere, et confirmare dignaretur, implorato universae coelestis curiae praesidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, et eoque sic aspirante, ad honorem Sanctae, et individuae Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparae, ad exaltationem fidei catholicae, et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac nostra, declaramus, pronunciamus et definimus, doctrinam, quae tenet, beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Iesu salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae lae praeservatam immunitem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Quapropter si quis, secus ac a nobis definitum est, quod Deus avertat, praesumpserint corde sentire, si noverint, ac porro sciant, se proprio iudicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiae defecisse, ac praeterea facto ipso suo semel poenis a iure statutis subiacere, si quod corde sentiunt, verbo aut scripto, vel alio quovis externo modo significare ausi fuerint.

Repletum quidem est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione, atque humillimas maximasque Christo Iesu Domino nostro agimus et semper agemus gratias, quod singulari suo beneficio nobis licet immerentibus concesserit, hunc honorem atque hanc gloriam et laudem sanctissimae suae Matri offerre et decernere. Certissima vero spe et omni prorsus fiducia nitimur fore, ut ipsa beatissima Virgo, quae tota pulchra et immaculata venenosum crudelissimi serpentis caput contrivit, et salutem attulit mundo, quaeque prophetarum, apostolorumque praeconium, et honor martyrum, omniumque sanctorum laetitia et corona, quaeque tutissimum sanctorum periclitantium periculum et fidissima auxiliatrix, ac totius terrarum orbis potentissima apud unigenitum Filium suum mediatix, et conciliatrix, ac praecelerrimum Ecclesiae sanctae decus et ornamentum, firmissimumque praesidium, cunctas semper interemit haereseos, et fideles populos, gentesque a maximis omnis generis calamitatibus eripuit, ac nos ipsos a tot ingruentibus periculis liberavit, veli validissimo suo patrocinio efficere, ut sancta Mater catholica Ecclesia, cunctis a-

motis difficultatibus, cunctisque profligatis erroribus, ubicumque locorum quotidie magis vigeat, floreat, ac regnet a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, omnique pace, tranquillitate, ac libertate frustratur, ut rei veniam, aegri medelam, pusilli corde robur, afflicti consolationem, periclitantes adiutorium obtineant, et omnes errantes, discussa mentis caligine, ad veritatis ac iustitiae semitam redeant, ac fiat unum ovile, et unus pastor.

Audiant haec nostra verba omnes nobis charissimi catholicae Ecclesiae filii, et ardentiori usque pietatis, religionis, et amoris studio pergant colere, invocare, exorare beatissimam Dei Genitricem Virginem Mariam sine labe originali conceptam, atque ad hanc dulcissimam misericordiae et gratiae Matrem in omnibus periculis, angustiis, necessitatibus, rebusque dubiis ac trepidis cum omni fiducia confugiant. Nihil enim timendum, nihilque desperandum Ipsa duce, Ipsa auspice, Ipsa propitia, Ipsa protegente, quae maternum sane in nos gerens animum, nostraeque salutis negotia tractans de universo humano genere est sollicita, et coeli terraeque Regina a Domino constituta, ac super omnes angelorum choros sanctorumque ordines exaltata, adstans a dextris unigeniti Filii sui Domini nostri Iesu Christi, maternis suis precibus validissime impetrat, et quod quaerit invenit, ac frustrari non potest.

Denique ut ad universalis Ecclesiae notitiam haec nostra de immaculata conceptione beatissimae Virginis Mariae definitio deducatur, has apostolicas nostras litteras, ad perpetuam rei memoriam extare volumus; mandantes ut harum transumptis, seu exemplis editis impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ab omnibus adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc nostrae declarationis, et pronuntiationis, ac definitionis infringere, vel ei ausu temerario adversari et contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto, VI Idus decembris pontificatus nostri anno nono.

Pius PP. IX.

## DE SACRIS ARCANIS

FELICISSIMI ORTUS

# BEATAE VIRGINIS MARIAE

## LIBER SECUNDUS

### HOMILIA PRIMA

*Beatissima Virgo non solum maiorum suorum gentilitiae nobilitatis, sed et virtutum illorum universalis (ut aiunt) haeres nata ostenditur; et ad mores nobilium componendus pulchra de nobilitate traduntur, et in illa abutentes invenitur.*

Unanimis est sanctorum Patrum sententia in Commentario c. 1. super Maltheum, descripta generatione Ioseph, descriptam fuisse genealogiam Mariae, cum nullus posset ducere uxorem, nisi ex sua tribu, familia, et cognatione, iuxta illud Numerorum ultimo: *Omnes viri ducent uxores de tribu et cognatione sua, et cunctas foeminae de eadem tribu maritos accipiant*: quam legem intelligendam esse de foeminis succedentibus in haereditate paterna, perdocte adnotavit Burgensis: nam David duxit Michol ex tribu Beniamin; et ut legitur in libro Iudicum 21: *Decem tribus iuraverunt, se non daturas filias suas in uxores viris ex tribu Beniamin*: quod non obscurum argumentum est, id fieri solum fuisse. Unde, ubi nos legitimus in praecitato loco, *Cunctas foeminae*, in hebraeo est: *Omnia filia haereditatem haereditans*, quam lectionem sequuti sunt LXX. interpretes, et paraphrastes Chaldaeus. Quare, cum b. Virgo fuerit unica haeres parentum suorum, ut docent d. Damascenus (4. *ide* c. 15), et Epiphanius (*haeres*. 79), dum aiunt, parentes eius ob nimiam eorum sterilitatem solum Virginem, quam precibus a Deo obtinuerunt, genuisse; consequens est, virum accepisse eiusdem tribus, eiusdem familiae, et cognationis. Hoc catholico fundamento praeciato, haud difficile erit comprobare Mariani generis splendorem, omnem cuiuscumque prosapiae nobilitatem longo intervallo superare; quod, ut altius repetamus, explicemus, si placet, verba illa Iobi (c. 21): *Habet argentum venarum suarum principia, et au-*

*ro locus est, in quo conflatur*. Argenti nomine b. Virginem intelligo: nam sicut post aurum cunctis metallis argentum praestat, ita post Christum b. Virgo omnibus creaturis pretiorum, atque excellentior est: de hoc argento apte intelligi possunt verba Davidis (Psal. 11): *Argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum*; argentum, inquam, igne examinatum, quia igne tribulationis in passione, et morte Filii, patientia Virginis satis explorata fuit: non est inventa minus habens, et subdit, *probatum terrae*, vel, ut Hieronymus legit, *separatum a terra*, quia ab ortu suo, immo et a conceptu sancta fuit: sanctorum enim idem est, quod sine terra, aut mudum ab omni sorde, ut explicat d. Thomas (2. 2. q. 81. art. 8): ac tandem addit, *purgatum septuplum*, ut nobis innolescat, septiformi Spiritus sancti gratia cumulatam ex utero matris protulisse. De hoc igitur purissimo argento Mariae ait Iob (c. 28): *Habet argentum venarum suarum principia*: habuit enim Deipara Maria altissima principia, ac ditissimas venas nativitate suae, seriem videlicet Patriarcharum, regum ac principum. Unde d. Bernardus (*de verb. Apo. cap. 12*) ait: *In generatione Mariae plane resplendet, quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahamae, quod generosa ex stirpe David*; idque valde decebat b. Virginem, quia futura erant locus, in quo virtute ex alto conflari, et efformari debebat pretiosissimum aurum corporis Christi. Verum oportet has venas, per quas in Virginem summa omnium nobilitas defluxit, diligenter, et accurate effodire: unde, ut eas aperiamus, quamvis apud famosissimas omnium nationes, et gentes, scilicet hebraeam, graecam, et latinam varia symbola usurpata fuerint ad significandam generis nobilitatem, praecipue tamen sub lucis metaphora illam describere. Unde ortum habuit, nobiles, claros, nobilissimos, et clarissimos; ignobiles vero, et plebeos, obscuros nuncupari. Hebraei quidem stellas in symbolum nobilitatis acceperunt; quia Deus revelaverat patri Abrabae filios eius

velut stellas coeli multiplicandos (*Gen. 22*): Graeci vero coruscantibus solis radiis, nobilitatis splendorem significarunt; atque hinc est, apud Aegyptios viguisse morem in sepulchris principum depingere pyramides, quae radio-rum solis figuræ exornantur, significantes hoc hieroglyphico, deficientibus nobilitas reipublicæ, radios illam illustrantes defecere. Romani tandem in symbolum ingenuitatis, et nobilitatis lunas in calcæis depictas usurparunt; vel quia se ex Arcadiis originem ducere gloriabantur, qui se filios lunæ venditabant; vel, ut alii autumant, ut nobiles in virtutis progressu non segnes, sed veloces esse debere, instar lunæ, quæ inter omnes planetas velocissime cursum suum peragat, commonstrarent. Atque hinc colligo, quod cum d. Ioannes testatur, se vidisse beatam Virginem amictum sole, coronatam stellis, calcatam luna, apertissime significavit, unde quæque nobilissimum esse, et clarissimum omnium nationum stirpe ortam, ut et ipsa subindicat, dum ait (*Eccles. 24*): *Et in omni populo, in omni gente primum habui, primum inquam non solum potestatis, sed et nobilitatis: quod, ut clarior pateat, observandum est, quod, ut sacer evangelista Matthæus commemorat, habet beata Virgo in suo stemmate duodecim antiquissimos patriarchas, quorum præcipuum noscitur esse Abraham, cui a populo Dei electo dictum fuit (*Gen. 23*): Princeps Dei es tu apud nos; et cui facta fuit reprobissio de Christo ab eius genere oriundo (*Gen. 22*): In semine tuo benedicentur omnes gentes: unde non desunt, qui dicant, Hebraeos denominari sic ab Abraham: atque hic incluyat, et magnus pater, primus fuit, qui Chaldaes est solum unius Dei inter idololatras, ab illo tamen trahit excellentissimæ nobilitatis genus, qui de illa est novo nascendi genere procreatus, et per clarissimum sobolem omnem humani stemmatis excedit nobilitatem. Clara proavorum titulus, sed longe clarior generositate proli; filia siquidem regum, sed Mater Regis regum: unde merito de illa prædixit Sapiens (*e. 8*): *Generositate eius glorificat contubernium Dei*; ex quo infero, quod sicut Mater a Filio præcipuam nobilitatem accepit; ita parentes Virginis ab hac filia potissimum suam ingenuitatem, ac nobilitatem mutuauerunt, quæ sine dubio magis eos illustravit, quam ab eis ipsa fuerit illu-strata: maxime, quod si illi potentissimè reges, sapientissimi prophetae, fortissimi duces, ac summi sacerdotes extiterent, id certe obtinuerunt propter Filiam hanc, quam genuerunt, ut quæ futura erat Mater Dei, non solum animi dotibus, sed et sanguinis nobilitate omnibus modis incluyat esset, atque conspicua: quod ut Ecclesiæ catholicæ innotesceret, voluit Spiritus sanctus Mariae genealogiam admissum per Evangelistam Matthæum describi. Sed hinc statim exoritur difficultas, quia videtur non decessisse illi ad fieri, cum et Christus Dominus dixerit: *Claritate ab hominibus non accipio*: quibus verbis sanguinis nobilitatem aperte depexisse videtur: unde et Apost. (*ep. 1. ad Corint. c. 1.*) dixit: *Non multi sapientes, non multi nobiles, sed ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus*: immo idem Apost. ab huiusmodi genealogiis nos absterret, dum ait (*1. Timoth.**

sacerdos Levi: *In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari etc.*; quod necessario debet intelligi de sola linea masculina, cum constat per multos descendentes ex tribu Iuda per foemininam lineam sacerdotis fuisse. Quare non possum non valde mirari, Cornelium Iansenium, alioquin virum piū, ac perdoctum, oppositam sententiam amplectentem in sua concordia, maluisse Osiandri hæretici opinionii adhaerere, cuius verba transcripsit, quam tot sanctorum Patrum sententias acquiescere. Sed, ut huius Marianæ nobilitatis multa capita paucis comprehendam, doctissimi Bartholomæi Pisani verba in medium producam: *Beata* (inquit in *marial. tract. 4*) *Virgo orla est primo de multis patribus veteris testamenti, maxime a decimono, incipiendo ad Adam usque ad Thare, secundo de patriarchis, tertio de principibus, quarto de iudicibus, quinto de regibus, sexto de ducibus, septimo de prophetis, octavo de doctoribus, nono de viris strenuis, et fortibus, decimo de sacerdotibus, et summis pontificibus, undecimo de populi rectoribus, duodecimo de cultoribus Dei, et iustis parentibus; hæc ille: ob quæ merito licebit nobis Virginem alloquentibus, verba illa Virgillii usurpare (in *l. Aeneidos*):*

Quæ te tam laeta tulerunt  
Saecula, quæ tantū talen genere parentes.

Sed et hæc levia sunt, et nihil sunt; aliunde quidem maiorem incomparabiliter nobilitatis splendorem Virgo contraxit. Comperit satis est, in humano genere illum nobilem dici, qui claris maiorum titulis insignitur: Beata vero Maria, licet ex generosa sit parentum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissimæ nobilitatis genus, qui de illa est novo nascendi genere procreatus, et per clarissimum sobolem omnem humani stemmatis excedit nobilitatem. Clara proavorum titulus, sed longe clarior generositate proli; filia siquidem regum, sed Mater Regis regum: unde merito de illa prædixit Sapiens (*e. 8*): *Generositate eius glorificat contubernium Dei*; ex quo infero, quod sicut Mater a Filio præcipuam nobilitatem accepit; ita parentes Virginis ab hac filia potissimum suam ingenuitatem, ac nobilitatem mutuauerunt, quæ sine dubio magis eos illustravit, quam ab eis ipsa fuerit illustrata: maxime, quod si illi potentissimè reges, sapientissimi prophetae, fortissimi duces, ac summi sacerdotes extiterent, id certe obtinuerunt propter Filiam hanc, quam genuerunt, ut quæ futura erat Mater Dei, non solum animi dotibus, sed et sanguinis nobilitate omnibus modis incluyat esset, atque conspicua: quod ut Ecclesiæ catholicæ innotesceret, voluit Spiritus sanctus Mariae genealogiam admissum per Evangelistam Matthæum describi. Sed hinc statim exoritur difficultas, quia videtur non decessisse illi ad fieri, cum et Christus Dominus dixerit: *Claritate ab hominibus non accipio*: quibus verbis sanguinis nobilitatem aperte depexisse videtur: unde et Apost. (*ep. 1. ad Corint. c. 1.*) dixit: *Non multi sapientes, non multi nobiles, sed ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus*: immo idem Apost. ab huiusmodi genealogiis nos absterret, dum ait (*1. Timoth.*

4.) *Rogari te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denunciare quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, et genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis, quam adificationem Dei: et ad Titum (c. 3): Stultas autem quæstiones, et genealogias, et contentiones, et pugnas legis derita: et ad Coloss. 3. ait: In Christo enim Iesu non est Gentilis, et Iudæus, circumcisio, et præputium, barbarus, et scythia, servus, et liber; quasi diceret: post adventum Christi non est habenda ratio sanguinis, aut prosapiae, sed omnes, quotquot Christo coniuncti nomen ei dederunt, vere sunt filii Dei, et vere filii Abrahæ; unde semur Iacob obtinentis in lucta cum angelo benedictionem, hoc est, Christi adventum, ut explicat Patres, emarcuisse legitur, ad significandum, postquam ille venit in mundum, non iam amplius habendam fore rationem sanguinis, vel genealogiæ, quod hæc omnia iam auerunt, atque emarcuerunt. Ab hac divi Pauli doctrina minime dissidet ea, quam antiqui tradidere philosophi. Ait enim Seneca ad Lucillum: *Non facit nobilitatem atrium plenum fumosis t-magnibus, quia, quod ante nos est, nostrum non est: non enim ad nostram vitæ erunt gloriam: et ad eundem Lucillum scribens, ait: Cum volueris ceram hominis aestimationem videre, et scire qualis sit, nudum inspicere, deponat patrimonium, deponat honores, et alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat: et animum intueri qualis quantusque sit, alieno, an suo magnus: et idem in libro Tragoediarum inquit:**

Genus qui laudat sum, aliena laudat.

Et Ovidius (*13. metamorph.*) canit:

Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostrâ voco:

quæ fuerunt verba Ulyssis in oratione contra Aiæcum pro habendis armis Achillis. Idem quoque Ovidius (*in primo de Ponto*) ait:

Non census nobilem, nec clarum nomen avorum;  
Sed probitas magnum, ingeniumque facit.

Accedit Cicero (*contra Sallustium*) dicens: *Sanc-tius est me meis fulgere moribus, quam maiorum opinione niti, ut sim meis posteris nobilitatis initium.* Et Iuvenalis (*lib. 3. Satyra 2*) ubi stylum acens contra quemdam, qui cum pravis moribus esset obscurus, clarum genere se gloriabatur, hæc elegantissimè cecinit carmina:

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo  
Sanguine cæseri, pictos ostendere vultus  
Maiorum, stantes in curribus Aemilianis:  
Tota licet veteris exornet undique certe  
Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.  
Usque adeo miserum est alienæ incumbere famæ.  
Malo pater tibi sit Theristes, dummodo tu sis  
Aeneidæ similis, Vulcanique arma capessas:  
quam te Theristæ similem producat Achilles.

His adiungamus verba illa Boetii (*libro de Con-solatione cap. 12*) dicentis:  
CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. I.

Omne hominum genus in terris  
Simili surgit ab ortu.  
Quid genus, et proavos strepitus.  
Si priorum vestra,  
Auctoritate Deum spectes,  
Nullus degener extat:  
Ni vitios peiora fovens  
Proprium deserat ortum:

Consonant etiam his egregia, quæ scripsit carmina Stroza Pater Erolion (*lib. 1. et refertur in Poliantea verbo nobilitas*):

Non ehorre, et gemmis, non auro vera paratur  
Nobilitas: aliquid malus habere decet.  
Nam virtutis opes, tantum ornamenta putantur,  
Quas fortuna sua datque rapitque manu.  
Hæc igitur nequeunt generosum reddere quemquam,  
Causam in se virtus nobilitatis habet.

Non dissimilia sunt quæ Ovidius (*lib. de Ve-tula*) eleganti cecinit carmine dicens,

Nobilitas hominis, mens, et Deitatis imago.  
Nobilitas hominis, victum clara propago.  
Nobilitas hominis, humilem relevare iacentem,  
Nobilitas hominis, mentem refræquare furentem,  
Nobilitas hominis, naturæ lura tenere,  
Nobilitas hominis, nisi torpida, nulla tæmere,  
Nobilitas hominis, terrenos temere dotes,  
Nobilitas hominis, coelestia carpere regna.

Quæ omnia paucis comprehendens d. Hieronymus, scribens ad Celantium dicit: *Sola apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus: quid enim apud Deum in viris nobilis Petera, qui tamen piscator, et pauper fuit? quid beata Maria illustrius, quæ tamen sponsa fabri describitur; sed illi piscatori, et pauperi a Christo claves regni coelestis traduntur, et sponsa fabri meruit esse Mater illius, a quo ipsi claves traditæ sunt: hæc d. Hieronymus, a quo minime dissentiens d. Chrysostomus hæc super Matthæum eleganter dixit: *Quid prodest ei, quem sordidat mors, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adorant, et nobilitat? ipse se vocum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Chan, qui Noe fuit filius (*Gen. 9*)? nonne fuit separatus de medio aliorum, qui secundum carnem frater fuerat natas, secundum animum factus est servus, nec familia eius potuit defendere impios eius mores? Aut quid nocuit Abrahæ, qui patrem habuit Tharam (*Gen. 11*), Deorum cultorem? nonne separatus est a genere suo, et positus in capite fidelium? Haec dicit divus Chrysostomus, cui etiam adimplatur s. Basilus (*lib. de Paradiso cap. 4*) dicens: *Ilud advertat, quæ extra paradysum vir factus est, et mulier intra paradysum, ut scias, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradysum factus, hoc est, in inferiori loco vir, melior invenitur, et illa, quæ in meliori loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior reperitur: mulier enim prius decepta est, et virum ipsa decepit.***

Hæc tamen, licet vera esse comperit sit, dubitandum non est, non parum decuisse, beatam Virginem ex clarissima familia sanguinis splendore valde conspicua oriri. Primo, quia

experientia constat, nobiliores nisi a malorum suorum ingenuitate degenerent, civioliere, urbaniores, liberaliores, et ad res magni momenti tendant procliviores, et in catholicae fidei veritate tenacius retinenda firmiores, et constanter esse; unde Plato in Alcibiade prudenter dixit: *Consuetudinem esse meliorem esse naturas nobiles in genere, quam ignobilis: ac necesse est, ut bene nati, si bene educantur, deum ad virtutem perveniant: haec quam laude digna sint, nemo ignorat; est ergo commendabilis nobilitas, unde illa proficiscuntur. Secundo quia, quemadmodum fulgens, ac pretiosa gemma, quae annulo aureo inseritur, magis ac magis cum decorat, et illustrat; sic sanguinis nobilitas cum virtute animi coniuncta admirabiliorum, et gratiosiorum illam facit: tum quia generis nobilitas commendabiliora reddit opera principum; maiori enim laude dignus erat Ludovicus Galliarum rex, quod medicos ad mensam suam assidere compelleret; et quod imperatoris Theodosii uxor pauperum Xenodochia inueneret, et illis ministraret, quam si vulgares, et ignobiles homines idipsum praestitissent: tum quia inuadit viros iustos sanguinis nobilitas ad humilitatis augmentum, quia quanto elatioris sunt, et in altiori gradu constituti, tanto plus possunt descendere per humilitatem, in Iudaei Salomonis consilium amplectentes (Ezech. 3). Quanto maior es, tanto magis te humilis: capropter conuenticissimum fuit, beatam Virginem regina sanguinis claritate fulgere. Fateor quidem generis splendorem apud Deum nullius momenti esse, nisi cum virtute animi coniungatur: habet enim se generis nobilitas veluti in abaco zero, ut dicitur Italice, quod seorsim, et solitarie sumptum, nullius valoris est; at si illi adiungatur nota aliqua abaci, reddit numerum copiosum: non secus nobilitas sanguinis se sola nihil apud Deum praestat; at si illam concomitetur divinae legis observantia, apud Deum, et homines commendabilem, et pretiosam illam reddit. Ob hanc ergo rationem divina sapientia providit, ut Virgini, quam in Matrem elegerat, nobilitatis circumstantia, quae commendabiliorum illam, et opera eius clariora reddere posset, minime deesset: unde cum d. Paulus docet, nullam genealogiae habendam esse rationem, diversimode illum sancti Patres exponunt: nam in primis s. Augustinus respondet (lib. 2. in aduersarium legum, et prophetarum cap. 1. tom. 6), d. Paulum solum reprehendere ibi genealogias quasdam quorundam librorum, quos deuterios, vocabant, ubi figebant Adam duas habuisse uxores, ex quo colligebant perplures genealogias prorsus inutilis, et contentiosas. S. Chrysostomus docet (lib. 2. de verb. Isai. to. 2), d. Paulum loqui de genealogiis Gentilium, quia imgebant illas cum fabulis, quae apud gentiles valde vixebant. Gentiles autem ad Deos suos, et maxime ad Iovem reducebant genus suum, ut theogonia Hesiodi, et Aiacis, et Ulyssis contentio apud Ovidium lib. metamorph. necnon et Boccatii liber de genealogia Deorum ostendunt. Verum si sequamur intelligentiam d. Augustini, qui de Iudaeorum genealogiis d. Paulum interpretatur, ex eo, quod ad Titum 3. postquam dixit, ge-*

nealogias, continuo adiecit, et pugnas legis; germana expositio videtur esse, damare d. Paulum genealogias, de quibus Iudaei vane gloriabantur, filios Abrahae se venditantes, cum nihil minus, quam Abrahae opera imitarentur. Vel dicamus etiam, quod forte non displicebit, quod licet studium genealogiarum, dum viget lex Moysis, utile, et necessarium extitisset; tum, ut tribus distinguerentur; tum propter officia sacerdotum, quibus tantum in templo ministrare fas erat; tum ob coniugia, quae cum suis contribulibus inire licebat, ne haereditates in alienas tribus devolverentur, ut habetur lib. Numerorum cap. 36; tum ob primogenitorum dignitatem, quibus duplex portio obveniebat, ut in Deuteronomio cap. 21 legimus; tum denique, ut certa notitia haberi posset de familia, ex qua Messias erat oriendus, et simul agnosceretur fidelis, ac verax Deus in promissis suis, qui quod Abrahae primum, deinde Davidi pollicitus erat, tandem implevit. Verum abrogata iam lege mosayca, et exhibitio iam Messia, genealogiae inutiles erant, et interminatae, nimirum sine fine; atque adeo necesse erat cessare haereditates tribuum, necnon leges primogenitorum, et coniugiorum evacuari, cum re vera omnia illa insituta fuissent, ut agnosceretur familia, ac domus venturi Messiae.

Ceterum, ut propositum argumentum absolvamus, oportet ostendamus, quod a principio polliciti sumus, beatam Virginem ex utero materno non solum gentilitate nobilitatis suorum parentum, sed et insignium nobilitatum illorum legitimam haereditatem ex utero materno prodisse. Certe sicut aqua per venas illas aro tenuissimum regum, ac mineralia sanctorum patrum pertransiens, divina virtute factum est, ut non solum generis nobilitatem, sed et praecleara eorum dotes cumulatus, quam omnes illi, participaret. Haeres fuit b. Virgo patris sui Davidis in mansuetudine, Salomonis in sapientia, Abrahae in confidentia, Aesae in fortitudine, Iosaphat in observatione legis divinae, Ezechiae in cura, ac diligentia quaerendi divinam voluntatem, Iosiae in innocentia, qui a perueritia coepit quaerere Dominum, ac sic de reliquis animi doliibus, ac coelestibus charismatibus, quibus tam viri, quam foeminae, et maiores illius conspicui, ac insignes fuerunt; in omnibus illis successit tanquam legitima haeres beatissima Virgo. Narrat Pierius Valerianus (lib. 4. verbo annulus), apud Romanos annulum nobilitatis insigne fuisse, ut hoc symbolo admonerent nobiles, quod sicut in annulo finis coniungitur cum principio, et per omnia ei persimilis esse perhibetur; ita ipsi, qui novissimi sunt in eorum prosapia, persimiles esse debent primis suis progenitoribus, qui principium suae nobilitati dedere. Annulus certe aureus est genealogia Christi Domini, cuius finis, scilicet Maria (Matt. 1), de qua natus est Iesus, persimilis fuit principio, hoc est, suis progenitoribus, ab eorum ingenuitate, ac sanctitate non solum non degenerans, sed longa interpedante excedens. Atque hinc non possum non ansam sumere, ut in eos stylum acuum, qui quo ge-

neris nobilitate splendiores, eo vitae consuetudine sordidiores, et obscuriores se exhibent, divina, et humana praeccepta licentiosius, ac liberius omnibus transilient, ut aperte indicant verba ipsius Dei ad ipsos dicebat (Ierem. 5): *Me non timebitis, qui posui arenam terminum maris?* Mirabile sane est, quod suadere volens Deus nobilibus timorem sui, solum eis ob oculos ponat, quod circumierit mare arena: videbatur enim consultius fuisse, revocare illis in memoriam, quod inundanti diluvio habitatores terrae submersisset; quod civitates Sodomae, et Gomorrhae igne, et sulphure concremasset; quod totam Aegyptum, culicum, ranarum, sanguinae aquae fluviorum, ac tandem universum exercitum Pharaonis submersisset: haec sane ad metum incutiendum apta videntur: ad dicere, quod arenam mari tanquam terminum possidet, quid quaeo condicere posset ad reprimendam illorum petulantiam? multum quidem per omnem modum, si id alius perpendatur: ad quod meminisse oportebit, Salomonem dixisse (Ezech. 24): *Et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: ac si diceret: portuosum illud maris monstrum, quod videtur universam terram velle devorare, sola Dei lex, et praecceptum compescit, ut extra praefixos sibi terminos ne latum quidem unguem pertranseat; et ut magis divini praeccepti virtus, et potentia se ostentaret, non circumdedit mare montibus, aut instar murorum fortissimis rupibus, sed solum minutissima arena, quae vento, aut flatu dispersi solet. Cum ergo Deus principibus ait (Ierem. 5): *Me non timebitis, qui posui arenam terminum maris?* perinde fuit; ac si diceret: si horribile illud, ac indomitum maris monstrum, cum accedit ad arenam, tanquam terminum sibi praefixum, quasi timens illum transilire, retrocedit, et aufugit vos ne, qui ratione praediti estis, non timebitis, legum mearum limites, et terminos licentiose, et petulanter transgredi? Sed heu calamitosa tempora nostra principibus plena, quorum singulis Deus clamat (Ierem. 2): *A sacculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea!* hi diabolicam libertatem sectantes, divinae legis iugum, tametsi alioquin suave (Matth. 11), *Iugum meum suave est, et onus meum leve, confringunt; ut divinorum mandatorum compedibus, et vinculis irretiti remaneant, dicentes (Psal. 2): Dirumpamus vincula eorum: sed paulo inferius ait David, divinam ultionem experturos (Psal. 2): *Qui habitat in caelis, irridebit eos, et Dominus subsannabit eos: bene quidem ait, irridebit eos: nam quemadmodum fabulosi auctores confinxerunt, aves cuiusdam orbis videntes se undique retibus a molibus illius circumdandi, ut illas aperiret, nietycoracem consuluerunt, tanquam eorum nocturnam, studio deditam, et quae multum olei in eo consumit, ut viam aliquam eis aperiret, qua insidiantium venatorum retes effugere possent. Illa respondit, hoc esse optimum remedium, ut omnes quercus, ex quibus fluctivum fit, radicibus extirparent, et cum primo semine lini, et canapi in agris seminaretur, continuo illud rapientes vescerentur, ut sic retes fieri non pos-***

sent; ad consilio hoc audito non solum difficile, sed impossibile, reliquae aves irriserunt consultorem: ita reges terrae, et principes, qui divinarum legum vincula, et retes perfergere posse falso sibi blandiuntur, et tamquam insanos, et auentes irridebit Dominus (Psal. 2): *Qui habitat in caelis, irridebit eos, et Dominus subsannabit eos.* Putabat quidem Sedecias rex a divinae legis retibus se posse eripere, et licentiosius vivere; tamen Deus irridens illum dixit (Ezech. 12): *Extendam rete meam super eum, et capietur in sagena mea: ad cuius loci intelligentiam oportet singulare, quod in eo laet, arcantum propalare: refert enim Nicolaus de Lyra (in c. 12. Ezech.) ex antiquissimis hebraeis scripturis, quod regis Sedeciae, cum ab hostibus suis fugere tentaret, in hunc modum fuisse: Erat subter via quaedam abscondita ab aula regis, et perveniebat usque ad desertum: hanc ingressus Sedecias, ut fugeret hostium manus, congit, quod quidam milites babilonici in planitie quadam Iericho venationi vacantes, quandam cervam, seae capram sectantes, ingrediente illa eandem viam, qua rex Sedecias veniebat, milites pariter illius introeuntes, regem fugientem praeter opinionem inveniunt, et comprehendent illum, captivum duxerunt; unde factum est, ut eadem via, qua vincula fuerat, in vincula incidere. Cum ergo ait illi Deus (Ezech. 12): *Extendam rete meam super eum, et capietur in sagena mea*, alludit ad capram illam, quae veluti sagena se habuit, quae ab hostibus captus fuit. Ex quo sane vellem principes, ac nobiles addiscere, Deo servire, Deum timere, iudicia eius vereri, memores illius sententiae (Sap. 6): *Potentes poterit tormenta patiuntur: et illius alterius (Gal. 6): Deus non irridebit: velim etiam sibi persuadendum, idque alta mente reponant, iustitiam, et sanctitatem, veram, et germanam esse nobilitatis matrem. Certe Moyses nobilitas, et generis illius splendor non coepit ab eo tempore, quo filia regis Pharaonis in filium suum adoptivum cum destinavit, sed ab eo, quo hebraeam quandam ab iniuria, et viam Aegyptius ei inferebat, virilitate vindicavit. Davidis etiam insignis nobilitas exordium habuit ab eo temporis momento, quo captus Goliath praecedens, a tyranica eius oppressionis populum suum liberavit. Inde enim coepit tota eius progenies a tribulorum onere immans esse (1. Reg. 11): *Et domum patris eius facit absque tributo.* Iob tandem in iustitia, et sanctitate fundata habuit suae nobilitatis primordia (Iob 29): *Iustitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento, et diademate, iudicio meo. Oculus fui coeco, et pes claudus. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferbam praedam.* Haec sane sunt exercitia nobilitatis, et iustitiam, et potentiam digna opera: non virgines insectari, pauperem opprimere, non sacra templa profanare, non iocis, et lautitiae concivis, prout de more habent, proholore vacare. Unde verbi divini praecibus valde incumbere arbitror, nobiles, praecipue publice peccantes, publice agere, iuxta illud d. Pauli (2. Tim. 5): *Peccantem coram omnibus argue.* Iluc facit quod s. noscer Antonius de Padua de**

cyada scripsit: ait enim cyadam oleo unctam, quasi mortuum immolatum manere, aceto vero aspersam continuo reviviscere; cuius eam arbitrari esse naturalem rationem, quod oleum cyadae poros obstruens, spiramen aereum haurire non sinat, et ideo continuo quasi mortua iacet; acetum vero eius poros aperiens aeri aditum praebet, ut respirare valeat: non dissimiliter dum nobiles adulationis oleo ungtur, peiores evadunt; at si acrimonia, et aceto reprehensionis afficiuntur, a morte, quam per peccatum incurranter, per concionatorem revocantur.

Unde nos, qui a principum adulatione longe calanum nostrum abesse desideramus, quin potius eos a vitis, acerbissimis Dei supplicis eis propositis, avocare ardentissimè cupimus, exploratissimas in scleratos principes divinae vindictae poenas, non ex avicularum fabellis, poetarum figmentis, aut apochryphis narrationibus, sed ex sacris eloquiis, probatissimisque traditionibus depromptas in medium producemus, quibus Deum acerbissimum pariter, et iustissimum illorum iudicem, ac ultorem semper existisse liquido constabit. Huius rei testis est Pharae Aegypti rex, qui Dei populum fugientem persequens, una cum universo exercitu maris fluctibus obrutus est.

Testis est Nabuchodonosor a regali sede, summaque potentia ad ferarum paslum, et convictum deiecit, qui pristinae dignitati tandem restitutus, divinum, quod in se senserat, iudicium agnoscens: *Glorifico, inquit, regem coeli, qui omnia opera eius vera, et viae eius iudicio, et gradientes in superbia potest humiliare.*

Testes *Ozias, et Ioram reges Iudae* (3. Paral. 17): ille foedissima lepra, hic insanabili alvi languore a Domino percussus; et quibus hic visceribus paulatim effusus, mortuus est, inquit historia sacra (4. Reg. 9), *infirmulata pessima.*

Testis *Antiochus tyrannus* (2. Machab. 9), qui invisibili plaga a Deo accepta, et scaturientibus e corpore suo vermibus, cum carnis suae undique diffluentis foetorem ferre non posset, confessus est, *iustum esse Deo subiecti, et mortalem paria Deo non sentire.*

Testis *Herodes Agrippa*, de quo ait Scriptura (Act. 12): *Confestim percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, et consumpsit verbum eius.*

Testis *Iulianus imperator* nequissimus apostata (Soer. hist. lib. 5. c. 17), qui transfusus telo, vel ab angelo, vel, ut alii sentiunt (Theod. 1. 3. c. 20), a sancto Mercurio, divinam in se vindictam agnovit, exclamans (Paul. Diacon. lib. 23): *viciisti Gajlleae: ita enim Christum salvatorem nostrum appellare solebat.*

Testis *Leo IV. imperator Iconomachus* (Annal. 10. 4), qui cum oronam super pretiosissimo carbunculo coronatum ex sanctae Sophiae altari abstulisset, eamque per totam Constantinopolim triumphantis more capite gessisset, dignas sacrilegii poenas dedit (Baron. ex Theophane an. 789), nascente subito in capite eius ulcere terribi, carbunculo dicto, cuius vehementi dolore in febrem primam, et deinde in furorem coniectus, post paucos dies sacrilegam animam exhalavit.

Testis *Popielus Poloniae rex* (Hist. prodigiosa par. 1. c. 3), dilaniatus a muribus una cum uxore sua sceleris consorti, qui mures prodierunt et sepulchris fratrum, nepotumque eius, quos nefarie occiderat.

Testis *Boleslaus etiam Poloniae rex* (Dubravus hist. Bohem.), qui sanctum Stanislavum episcopum propria manu interfecit: hic enim a suis subditis regno eiectus, et paulo post furore correptus, dum per sylvas vagus erraret, a canibus discerptus est.

Testis *Drahomira Wratislavi Boheminae duxis uxor* (Dubravus hist. Bohem.), quae *Ladimilae* sanctissimae foeminae, plurimorumque sacerdotum sanguine contaminata, dehiscente terra, una cum curru, quo vehebatur, absorpta est; cuius rei apud Bohemos iuxta civitatem Pragensem visenda adhuc extant monumenta. Ad extremum accedunt egregia illa Iuvenalis carmina (Satyr. 10).

Ad generam Cereris sine caede, et sanguine pauci.  
Descendunt reges, et sicca morte tyranni.

Ex quibus omnibus liquido constat, quam execrabilis sit Deo nobilium effraenata vivendi licentia, et superbia, ac principum tyrannus, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA II.

*De variis circumstantiis tam antecedentibus, quam concomitantibus et subsequentibus felicissimum Deiparae Virginis ortum; et de vaticiniis, figuris, tempore, loco, et universali gaudio, quod mundo annuntiavit, et aliis similibus.*

Mirantur non pauci, evangelistas omnes beatissimae Virginis ortum, mortem, et in coelum assumptionem, et alia similia silentio praeterisse, cum tamen multa egregia, atque praecleara de Ioanne Baptista commemorarint. Verum id divino consilio factum non est ambigendum, quia huismodi silentium plenius, et cumulati, quam quaecumque foecundissima dicendi facultas b. Virginis stupendam excellentiam commendat: ut enim in scientiis praesupponantur quaedam principia, quae non probantur, sed supponuntur tanquam omnino nota, ita in mystica hac sacrae Scripturae scientia praesupponuntur aliqua prima principia, de quibus, ut notissimis, non oportet sermonem instituere: inter quae unum est, beatam Virginem, sicut Matris Dei dignitate, ita vitae sanctitate omnem puram creaturam longo intervallo superare; et ideo specialia Virginis praeconia evangelistae siluere, contenti dixisse, quod ex ea natus fuerit Iesus, quod infinita in se claudit praeconia. Quod si urgeas, debuisse sacros evangelistas, vel aliquem illorum, Virginis parentes recensuisse; cum et Ioannis Baptistae, Andreae, Ioannis, et aliorum parentes tres evangelistae commemorent, Lucas, Mat-

thaeus, et Ioannes: arbitrator quidem tacitos fuisse Virginis parentes ad matrem eius honorem, ac decus; qui enim asserunt, Virginem Mariam sub originali peccato conceptam, eo maxime nituntur argumento, quod ex viri semine, ut ceteri homines, processit; qui vero sentiunt ab illo delicto praeservatam, illud maxime argumentum urgent, quod fuerit Mater Salvatoris Christi, ut eminentiori genere sanctificationis, scilicet praeservatione a peccato, gaudere promeretur. Ut ergo Spiritus sanctus indicaret illam alienam ab hoc crimine, eius parentes subicit, innuens eam non fuisse a Deo respectam, vel a nobis respiciendam tanquam filiam Adae sub peccato eius comprehensam, sed ut Matrem Iesu Christi, clamorosum quodam silentio personam: Noli prudens Scripturarum scrutator, et lector, patrem, vel matrem Virginis quaerere, non forte unicam, quam ego immaculatam asserui, tu, tanquam te ipsum, datam peccato putes. Considera partum, et fructum eius, idest Iesum, propter quem illam ab omni prorsus peccati macula immunitem agnosces: sic enim Melchisedech (ad Heb. 7), sine patre, et matre, et sine genealogia introduitur, ut Christum, qui absque genealogia est, secundum patrem significaret: ob id ergo tacitum suae Mariae parentes, ut immaculatam Virginis puritatis magis adstrueretur. Verum licet sacri evangelistae nihil de parentibus Virginis, aut quidquam de circumstantiis ortus illius commemorarint, ea tamen, quae Patres, et graves auctores de his edixere, intelli silentio minime praetermittam. Et quidem imprimis, si de circumstantiis antecedentibus sit sermo, certe Amos dicente (cap. 3): *Non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas; manifeste reliquitur, Virginis ortum antiquus Patribus fuisse praenunciatum, ut disertis verbis docuit d. Bernardus dicens (serm. super Signum magnum): Longe ante Patribus est coelitus repromissa, mysticis praenunciata miraculis, et oraculis prophetis. Unde Rupertus ait (lib. 7. de proes. Spiritus s. c. 43), magnam partem libri Canticorum de b. Virgine loqui; et doctissimus Apponius addit, infelicem esse, qui hoc non credit. Deinde praecipuae foecundiae, quae commemorat sacra Scriptura, ut Sara, Rebecca, Rachel, Abigail, Sunamitis, Debhora, Iudith, Iabel, beatam Virginem adumbravit; specialiterque Maria soror Moysis, et Aaronis, Ilypum eius gessit. Virgo enim dicta est Maria, scit illa; fuit soror, ac mater summi sacerdotis, ac legislatoris Christi in Moysae, et Aaronis praesignati (Exod. 6. et 15); et sicut illa perierit tunc annos excessit, cum populus ab aegyptiaca servitute liberatus est, ita haec ad quantumdum annum pervenit, quando nato Christo, a daemone captivitate mundus fuit liberatus: fuit illa Maria prima prophetissa in veteri lege, et insignis, ut inquit Clemens Alexandrinus 4. super Matth. at nostra Maria prima prophetissa in lege evangelica fuit, et magistra magistrorum, ut docet August. (7. de Civ. cap. ult.). Fuit antequam, et tympanistria scit illa, ad laudes omnino pro reportata victoria decantandas, quam sequuntur omnes vir-*

gines in tympano, et choro; et ideo divinam tympanistriam eam Augustinus (serm. 17. de nativ. Domini) appellat: nam (Lucas 1) habetur, quod cecinit: *Magnificat anima mea Dominum.* Eae tandem ista nostra Maria fuit virgo; fuit etiam illa, quod mirum est in veteri lege, et non sine mysterio, ita docet Ambros. (in exhortat. ad virginem), et Apponius (lib. 6. in Cant.) dicens, has esse duas primas virginis, alteram veteris testamenti, alteram novi. Quod si Deus per angelos nunciavit parentibus ortum Ismaelis, Isaachi, Samsonis, Iosiae, Iacobi, Esau, et Ioannis Baptistae, ut sacra testantur eloquia, facile inde constat, hunc honorem nativitati Virginis fuisse delatum, quae Ismaele foecundior, Samsone fortior, Isaac obedientior, Isaia observantior, Iacob a peccato immunior, Ioanne longo intervallo sanctior esse noscitur. Unde doctor Anselmus (lib. de conceptu virginis cap. 2) ait: *Debit praenunciari per angelum, sicut et factum fuit. Quis autem fuerit hic angelus, Gabrielem putant nonnulli doctores, qui et ortum Baptistae praenunciavit, ut sanctus Lucas commemorat, precibus parentes Mariam a Deo oblinuisse, cum steriles essent; his verbis tripartitus Cyprianus (de laudibus beatae Mariae), Ioanne Pico interprete: De radice Iesse ortus est rex David, et de tribu regis Davidis sancta Virgo, sancta (inquit) et sanctorum filia; cuius parentes fuerunt Ioachim, et Anna, qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum huismodi genuerunt, sanctam Virginem Mariam, templum simul, et Matrem Dei. Ioachim porro, Anna, et Maria, hi tres Trinitati palam sacrificium laudis offerunt: Ioachim enim interpretatur, praeparatio Domini; eo quod ex illo praeparatum sit templum Domini, nempe Virgo: Anna rursum similiter, gratia interpretatur; propterea quod Ioachim, et Anna gratiam acceperunt, ut antecedentibus precibus talem sanctum fructum genuerant, sanctam Virginem adepti: Ioachim sicut praecuratur in monte, et Anna in horto suo, Anna vero gravior effecta, coelum, et thronum cherubicum peperit, sanctam puellam Mariam.*

Atque haec dicta sufficient de circumstantiis antecedentibus: iam de concomitantibus dicamus, quae tempus, et locum oris concernunt. Nata fuit beatissima Virgo, si credimus Abulensi (in c. 2. Mat. q. 91), anno ab orbe condito ter millesimo nonagesimo quadragesimo septimo, et a transmigrante Israelitarum in Babyloniam, quingentesimo septuagesimo sexto, et ab urbe condita, septingentesimo trigesimo octavo, qui vigeusimus secundus fuit Augusti Romae regnantis, Herode Idumaeo Iudaeorum tyranno, Marco Druso, et Livio Pisone Romae consulibus, ut tradit d. Damascenus (orat. 1. de nativ.). Scio card. Baronium (tom. 1. annal. cap. 1. fol. 29) opinatum fuisse, natalem Dei Genitricis Mariae incidisse sub consulatu Furnii nepolis, et Iulii Siteni, anno ab urbe condita septingentesimo trigesimo septimo, Augusti imperatoris ad triumviratum 26. olympiade centesima nonagesima, anno 3: sed allatum computationem docent etiam gravissimi doctores. Perlepidi dixit, Damascenus (orat. de nativ. Virginis): *Certabant saecula, quodnam*

ortu *Virginis gloriatur*. Quam autem illud tempus, cui haec felix contigit sors, ad hunc ortum congruit, eleganter docuit doctor Caisius (*lib. 1. de Deipara cap. 11*) in haec verba: *Quam vero pulchre, quam commode tunc Maria nascitur, quo furbundus simul, et stolidus divini consilii impugator Herodes, regium Davidic genus extinguere, ne quisquam Messias procreetur, et summa conatur! unde in communi fere omnium desperatione, et cum Satan deivum perturbare decretum maxime nititur, Ioachim, et Anna, ex Davidis stirpe supersites, convices divinitus eliguntur, qui Messiae matrem lectissimam, vel invitis Herodianis in lucem proferunt.*

Mensem autem Mariani ortus, sepulchrum fuisse, praeter auctoritatem Ecclesiae, quae hoc mense solemniter illum celebrat, docent communi consensu historiographi de Virginis ortu agentes; quod non singulari mysterio carere putandum est, quia, ut doctores hebraei adnotant, id referente eruditissimo Canisio (*lib. 1. de Deipara cap. 11*), eodem mense, et orbis conditus fuit, et Eva formata, quae typum gerebat Mariae: unde sicut mense sepulchri Deus habitaculum concepit primo Adae, et adiutorium ei dedit simile sibi, ut ait Moyses; et id eodem mense beatam Virginem condidit, futurum habitaculum Christi, et adiutorium persimile illi. Congruum fuit etiam, ut mense sepulchri nasceretur, quae semper Virgo futura erat, quia mense septembris sol recedens a signo Leonis, ingreditur in signum Virginis, quod non obscure praesignificabat, Deum, qui alioquin, ut leo rugiebat (*Heb. 10*): *Mihi vindictam, et ego retribuam*, velut agnum ex mansueta ove Maria nasciturum, et instar unicornis (*Psal. 28*), in gremio virginis, ferocitatem depositorum. Ac tandem, illud etiam non sine profundo causa mysterii contigisse creditur, ut Deipara Maria sub ipso fere vineamurum tempore nasceretur; tunc quippe vinearum palmites fructuum multiplici copia onusti ad ima defluunt; tunc vavrum horti gravida maturitate turgescunt; tunc agriculturalium spes, quae toto anni circulo suspensa fuerat, uberes transacti laboris se carpere fructus exultat; tunc arbores sporifera fructuum suavitate redolent, et poma, quae acerbitate sua hominum gustus exasperabant, grata maturitate demulcent; sed per haec, quae exterius cerimus, reflectere oculos ad interiora debemus. Certe populus Dei vinea appellatur ab Isaia (*c. 5*): *Vinea Domini excruciatum domus Israel est* (c. 16): *Vineam Sabanae domini gentium exciderunt*. Sicut ergo vinearum fructus toto anno expectantur, in solo vero autumno colligitur; sic Redemptor noster, quem lex veteris praesignaverat, prophetae praedixerant, sancti Patres usque ad quintam aetatem ardentissime desideraverant, in solo Mariae tempore venit. Vel dicamus aliter, si placet, Mariam esse hanc vineam, quae protulit fecundam illam vitem, Christum scilicet Dominum, dicentem (*Ioann. 15*): *Ego sum vitis vera, et vos palmites*: protulit etiam vinum *germinans vites*, ut dixit Zacharias (*cap. 9*), quod expressum fuit in torculari crucis, ut Salvator dixit per Isaiam prophetam (*cap. 63*): *Torcular calcavi solus*.

Sed perge iam diem signare felicitis huius Ma-

riani ortus. Ad eius intelligentiam opus est, supponamus, quod cum mensium computatio apud hebraeos a martio inciperet, consequenter, septembrem septimum fuisse; nota laudem Deum in quocumque alio illius mensis die natalem Virginis contingere, quam octavo, qui sabbatus fuit, si illius temporis computatio recte inspicatur: dies quidem festiva inter hebraeos, cui dominica dies in Christi Domini resurrectionis honorem successit. Nata igitur fuit b. Virgo in mense septembris, die octavo et die sabbati, non absque mysterio, quia septenarius, et octonarius numerus celebres sunt; ille in lege scripta, hic in lege gratiae (*Gen. 2*): *In die namque septima requievit Dominus ab omni opere, quod pararat, cum machinam mundi condidit; in octava vero requievit gloriosus a mortuis resurgens, quando humani generis iacturam restauravit*. Volens ergo Deus, matrem eius nasci septimo mense, et octavo die, non obscure mihi ostendit, in ae pretiosa quaeque, vetera, et nova servavi tibi, dilecte mi. Quod autem ad Mariae natalem sabbatum diem congruentissime elegerit, multiplex ratio probat. Prima, quia cum Deus benedixisset hunc diem, iuxta illud Genesis (*Gen. 1*), *benedixit Deus diei septimo, et sanctificavit illum, congruum erat, ut quae sancta concepta, et sancta nata, et quae sanctitatis auctorem paritura erat, in die quoque sancto, seu sanctificato nasceretur*. Secunda, quia sicut in hac die quiescere coepit Dominus in creatione mundi, ut ait Moyses: *requievit Deus die septimo, ita ipse in utero Virginis, humana carne indutus, requiescere decreverat: Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo* (*Eccles. 24*); ut enim eleganter dixit b. Petrus Damianus (*serm. de annun. Virg.*): *Non est locus voluptatis, nisi uterus Mariae, in quo simulavit omnes delicias Dominus, de cuius deliciis Spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris cantico sic eructat* (*Cant. 8*): *Quae est ista, quae ascendit per desertum deliciis affluens? Ac tandem, licet coelestia astra in humanam voluntatem, ad eam fleclendum, vel huc, aut illuc ducendum, nullam vim habeant, ut habere sibi blandiuntur, qui iuxta diversam constellationem Iovis, Martis, aut Saturni, sub qua quisque natus est, hominum mores futuros esse contendunt, contra illud Hieremias (*capite 10*): *A signis caeli nolite metere, quia timet gentes, quia leges populorum vanae sunt; quia tamen in corpus humanum influunt, invaduntque ad malam, vel bonam eius complexionem, facile mihi persuadeo, divina providentia factum esse, ut nata fuerit b. Virgo sub benevolae valde astrorum aspectu, ac favorabili constellatione, ut sic omni ex parte felicissimi esset eius ortus.**

Porro de circumstantia loci haec apud probatos auctores reperio. D. Hieronymus, vel quicumque est auctor libri de ortu Virginis, ait, natam in civitate Nazareth. Abulensis (*sup. Matthaei c. 2. q. 91*) autem, natam probabiliter in Sepphore, quod est oppidum distans a Nazareth per tres leucas, contra aquilonem: de hoc enim loco ait fuisse Ioachim patrem Virginis, et ibi-

dem etiam beatam Annam ortam. Adricomus autem ait, divam Annam habuisse Hierosolymis domum, et in ea b. Virginem conceptam, et natam fuisse. In cuius testimonium ait, in eo loco extractum esse templum, quod divae Annae appellatur: quod olim coenobium fuit Virginum; et modo non longe est a probatica piscina: cui sententiae adstipulatur D. Damasc. dicens (*orat. de nat. Virg. et q. orthodox. fid. c. 15*): *In lucem editur Virgo in domo probaticae Ioachim, id est, in domo Ioachim, quae iuxta probaticam piscinam sita erat; et orat. 1. de nat. Virg. ait: Fausta tibi sint omnia o probatica reginae domicilium, fausta tibi sint omnia, o probatica seminum Ioachim, vetus sanum, nunc autem orbis ratione praediti Ecclesia coelum imitans, atque olim semel, quotannis angelum Dei accipiens aquam turbantem, et unum valetudini restituentem.*

Tandem iam ad circumstantias ortum b. Virginis subsequentes orationem convertamus, inter quas felicitas, et gaudium universi non ultimum locum tenet. Certe tempus illud, quo Maria soror Moysis nata est, infelix fuit, et amarum: nam a tempore ortus illius, ut doctores hebraei commemorant, et tradit Genebrardus (*lib. 1. Cronographiae*), coeperunt aegyptii hebraeos affligere, unde ab amaritudine illa nata puella, Maria appellata est: at saeculum illud, quo Maria nostra orta est, felicissimum fuit; tunc enim ortu surgentis aurorae genus humanum adventus solis iustitiae, hoc est, Verbi divini in carne venturi certum pignus accepit; humani generis hostes debilitati, ac divinae charismata coelitus mitti coeperunt; unde non immerito verba illae poetae Virgillii natali Mariae congruere possunt;

Magnus ac integro saeculorum nascitur ordo,  
Iam redit et virgo, redeunt saturnia regna.

Quod, ut claris innotescat, percurramus, si placet, sex mundi aetates, quibus mundus conditus, apte est adumbratus, in quas universa tempora d. Augustinus divisit (*lib. 1. de Genesi cont. Manichaeos cap. 23*). Prima aetas, quae fuit ab Adam usque ad Noe, similis est primae mundi aetate, in qua Deus lucem creavit: in illa enim prima aetate facta est lux originalis iustitiae, et gratiae; sed dies haec habuit obscurissimam noctem per peccatum Adae, quae universam naturam deturpavit. Secunda aetas a diluvio usque ad Abraham similitudinem gessit diei secundae, nam secunda die factum est firmamentum in medio aquarum, divisitque Deus aquas ab aquis. D. Augustinus (*lib. 1. de Genesi contra Manichaeos cap. 23*) Noe, et arcam diluvii aquis innatantem considerans, cernere sibi videbatur firmamentum in medio aquarum; hac ergo aetate factum fuit firmamentum hoc in medio aquarum. Nec minus apte impletum videtur illud quod legitur (*Gen. 1*): *Divisitque Deus aquas ab aquis; nam d. Ioanne didicisse* (*Apoc. 17*), *aquae enim populi sunt*, certe dividens tunc populos a populis, aquas ab aquis divisit; dividens enim linguas, consequenter divisit populos, ex quarum divisione eorum divisio orta est. Tertia aetas ab Abrahamo usque ad Da-

videm, tertiam portendit diem, in qua terram ab aquis Deus segregavit, heribique, floribus, et arborum amoenitate exornavit; in haec quidem tertia aetate Deus Israeliticum populum, dilectam suam haereditatem, a reliquis nationibus discrevit, ut adnotavit d. Augustinus praedicta loco. Quarta aetas a Davide usque ad babilonicam captivitatem, quartae diei habet imaginem; in quarta namque die solem, a straque condidit, et quarta quidem aetate similiter Davidem, et Salomoonem, velut populi illius solem, ac lunam, ceterosque reges velut astra produxit, ut eleganter prosequitur idem b. Augustinus. Diluculum huius diei fuit Davidis imperium; sed atra nox, babilonica captivitas. Quinta aetas ab hac babilonica servitute usque ad Messiam, diem quintam adumbrat; quinta enim die ex aquis volucres advolantur, in aquis pisces permanserunt; et persimili quidem modo quinta aetate Israelitae ex populo gentium in Iudaeam ad colendum verum Deum, Gyro facultatem dante, veluti volucres evolantur; gentes vero, ut pisces in suis regionibus, et idolorum cultu persisterunt. Sexta aetas a Messia usque ad mundi finem, quae perfectissima omnium est, sextae diei similis esse perhibetur: sicut enim sexta die primum Adamum, et primam Evam Deus condidit, ita in sexta mundi aetate secundum Adamum, Christum Dominum, et secundam Evam, Virginem immaculatam, mundo exhibuit: huius sextae diei aurora Virgo Mater fuit, tunc enim mundo tenebris circumfuso, illucere Christi aetas sexta coepit: haec enim aurora et coelestis roris, et solis iustitiae mater fuit. Quod autem ortus illius octavo die fuerit, non parum illum commendat, cum teste d. Ambrosio (*lib. 5. in Lucan*), octava summa virtutum sit; et d. Hilarius, *Octonarium omnium convenientium in se unidique partium aequalitate perfectum esse asserat*: et Macrobius (*lib. 1. de somno Scipionis cap. 5*), Pythagoricum hunc numerum iustitiam vocasse, quia primum omnium ita solvitur in numeros pariter pares, hoc est in his quaterna, ut nihilominus in numeros aequae pariter partes, divisio quoque ipsa solvatur, in bis bina. Est autem observatio dignum, quod olim hoc mense septembris, secundum latinorum computationem, festum tabernaculorum celebrabatur, cuius loco in lege gratiae catholice celebramus festum tabernaculi, quod sanctificavit Altissimus. Quam autem haec celebratis antiqua sit, non est una omnium sententia. Vincentius (*in specul. histor.*) refert in eaeptisse ab Innocentio IV. anno 1250; nam dissidentibus cardinalibus in electione pontificis, cum conclave perdurasset plquam per annum, et dimidium; vocit b. Virgini celebraturus se ortum Virginis, si electionem Pontificis ad finem usque breviter perduceret; quo obtento, nativitas celebre festum instituit. Ioannes Belleh, id referente eruditissimo nostro Bernardino in suo mariali, docet, festum hoc initium habuisse a revelatione facta cuidam pio viro, qui singulari anni octava die septembris adiebat incunctissimam angelorum armoniam, atque dulcem concentum, cuius a Deo interrogans causam, responsum accepit, ortum Vir-

ginis Mariae in illa die in coelo celebrari; sed quo tempore id contigerit, non commemorat. Card. vero Baronius (to. 1. c. 1) putat tempore d. Augustini hoc festum non celebratum fuisse, eo ductus argumento, quod d. August. (ser. 21. de sanctis) dicit: *Solius Domini, et b. Ioannis dies natiuitatis in universo mundo celebratur, et colitur; verum, qui dixerit, d. August. per particulam illam, solius, solum excludere viros (prius enim dixerat, quod nulli unquam sanctorum legitime fuisse concessum), facile hoc testimonium eludet: forsitan tamen tempore d. Augustini, dicunt alii, hoc festum universe non consueverat agi, sed in particularibus ecclesiis tantum: in romana tamen ecclesia persolemnem exitisse a tempore d. Gregorii, ut antiphonarum eius declarat; adduque apud ecclesiam Graecam antiquiore fuisse hanc solemnitatem, cum in antiquioribus eorum calendaribus inserta, et in nonnullarum bibliothecarum membranis a d. Chrysostomo, Proclo, Andrea Cretensi, variis orationibus collaudata inueniatur: at his omnibus se opponens b. Petrus Damianus (tom. 1. serm. 2. de Nativ.) non dubitavit dicere: *Quae cunctis solemnitatibus est antiquior tempore, nequaquam debet esse inferior dignitate. Et quidem mihi difficile persuadere, in Ecclesia Christi antiquiore esse celebratam ortus sui praecursoris, quam suae Matris, cum in ea nunquam dubitatum fuerit, sanctiorem natam fuisse Mariam ex utero matris suae, quam Ioannem.**

Ceterum ad gaudium ob natalem Virginis universum orbem exhilaratos reverentes, Ecclesia canente: *Nativitas tua, Dei Genitrix virgo, gaudium annunciat universo mundo; sane David felicem hunc ortum Deiparae Mariae aliquando contemplant, ad festiva exultatione illum celebrandum nos invitavit, dicens (Psal. 80): Exultate Deo adiutori nostro, tubilate Deo Jacob: sumite psalium, et date tympanum, psalterium iocundum cum cithara: buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestrae.* S. Thomas docet (1. 2. q. 102. ar. 4. ad 10), per neomeniam tubam, aut novam lunam, quod idem est, significari illuminationem novae Ecclesiae per Christum: et addit inferius: *festum neomeniae succedit in Ecclesia insigni die b. Virginis, in qua primum apparuit illuminatio solis, idest Christi, per copiosam gratiam: haec ille. Ecclesiast. dixit (Eccles. 43): A luna signum diei festi. Quia ergo ab hac nova luna recenter exorta exordium sumpsit redemptionis, et gaudium generis humani, id praevideus regius Vates dixit (Psal. 80): *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestrae: et quidem si Abraham gavisus est in ortu Isaac, et Anna in nativitate Samuelis, et tota domus Zachariae in natali Baptistae; multo magis laetari licebit in ortu Mariae, quae totius exitum humanae salutis exordium. Scio Augustinum (lib. de visitat. infirmorum) dixisse: *Audenter pronuncio, quia principium vitae hominis initium dolorum est: suere philosophi hoc non ignorantes, qui in ortu pueros lugebant, in morte autem gauderant, hoc significantes, quia homo ad laborem nascitur, ad quietem autem moritur. Sanctus ille David et de ortu, et de vita filii, quem de Bersabea susce-***

*perat, in tantum est contristatus, ut, dum puer adhuc viveret, lugens, et incandens maneret, mortuo autem parvulo, et gauderet, et caenaret. Item ad idem propositum loquens Ambrosius (lib. de fide Resurrect. cap. 2) dicit sic: *Feruntur fuisse populi qui ortum hominum lacerent, obitusque celebrant: nec quidem imprudenter; eos enim, qui in hac vita solym venissent, moerendos putabant; eos vero, qui ex istius mundi procellis, et fluctibus emerissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoque nates dies defunctorum obliviscimur, et cum, quo obierunt, diem celebri solemnitate renocamus: haec ille. Bene ergo scriptum est (Ecclesiastici 7): *Melior est dies mortis die natiuitatis, tum quia dies natiuitatis est ingressus ad miseriae, tam culpa, quam poenae vitae huius, secundum illud Iob, 13. *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis; sed dies mortis iusto est egressus, et liberatio ab omni poena, et miseria, ut ait Ioannes (Apoc. 14): *Amado iam dixit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Secus autem fuit in Virgine, quae sicut omnis peccati experta nata est, ita et absque ulla peccati laebe totam vitae suae curriculum peregit. Nullius ergo spiritualis miseriae, sicut in nobis, nativitas eius praesaga fuit, et praenuncia: unde beatus Petrus Damianus tam pie, quam erudite dixit: *Excultemus, inquam, et sicut gaudere solemus in natiuitate Christi, ita etiam gaudemus in natiuitate Matris Christi: hodie nata est regina mundi, fenestra coeli, ianua paradisi, tabernaculum Dei, stella maris, scala caelestis, per quam supernus Rex humilitatis ad terra descendit, et homo, qui prostratus iacebat, ad superna exaltatus ascendit: hodie apparuit stella mundo, per quam sol iustitiae illucit mundo, illa videlicet, de qua per prophetam dicitur: *Orietur stella ex Jacob, et exurgit homo de Israel: hodie nata est splendidissima illa Virgo, ex qua processit Speciosus forma prae filiis hominum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo: hodie prodit ex utero Matris, quae templum fieri meruit divinitatis: haec ille. Velut fuit consuetudo in lege scripta apud antiquos Patres, ut dies ille, quo singulare aliquod beneficium a Deo obtinerent, ipse sacros, et solemniter esset: unde Exodi (cap. 12), dicitur: *Habebitis autem hunc diem in monumentum, et celebrabitis eum solemni Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Cum etiam regis sententiam de delendis Iudaeis revocata fuit ex reginae Esther intercessione, dies ille festivus, et celebrissimus coepit haberi (Esther. 9): *Isti sunt dies, quos nulla unquam oblivio delebit, et per singulas generationes cunctas in toto orbe provinciae celebrabunt: ac tandem (1. Machab. 4), ut templi dedicationem solemni ritu colerent, diem festum cum oclava insituerunt: sic sane sancta mater Ecclesia, cum ex natali huius sacratissimae Virginis pene innumera beneficia recipiat, in eorum gratitudinem festum hoc solemniter celebrat. Quod si quispiam quaerat, quae sint haec beneficia, commemorat illa d. Bernardus (ser. 2. Pentecostes), dicens: *In te angeli laetitiam, iusti gratiam, peccatores veniam inveniunt in aeternum: merito in te re-**********

*spiciunt oculi totius creaturae, quia in te, et per te, et de te benigna manus omnipotentis, quidquid creaverat, recreavit.*

Tandem si quondam principum, et aliorum insignium virorum ortus magna animi iocunditate celebrabatur, ut constat in l. finali. C. de feriis; ubi natalitia regum feriae solemnes nuncupabantur, et in illis omne ius praetorium cessabat, ut adnotat Glossa ibidem: unde d. Marco id referent (cap. 6), Herodes rex in die natalis sui caenam fecit principibus, et tribunis, in quorum conspectu et illa eius saltavit: et, ut tradit Plato, Persae variis laetitiae signis, ac celebri pompa ortum principis regni haeredis celebrabant: et, ut scribit Porphyrius in vita Platonis, discipuli illius natalitia sui magistri singulis annis magna solemnitate colebant: ac tandem, ut testatur d. Augustinus, Plato ipse, die ortus sui ad lautum convivium omnes amicos suos invitabat: si ergo natalitia eorum, qui in peccatis nascebantur, et de quorum nativitate magis plangendum, quam laetandum foret, eo quod aditum, et viam aperit ad peccata, a quibus nemo immunis est, quoniam, in multis offendimus omnes (Iacob. 3); unde tertium concilium Toletanum docet Christum lacrymantem fuisse in resurrectione Lazari (Jo. 11), quia redibat ad vitam peccatis obnoxiam: si, inquam, horum nativitas cum ingenti gaudio celebrabatur; potiori quidem iure felicem ortum beatae Virginis celebrare debemus; cum praeterquam quod sanctus fuit, omnis futurae sanctitatis principium exitit: quare melius, quam quilibet mortalium, beata Virgo dicere potuisset: non mihi solum nata sum, sed parentibus, et patriae, et fratribus, et universis, qui meam open imploraverint; et quod magis est, et mihi soli reservatum, nata sum Deo meo, ut ex meo sanguine carnem assumat, ex meo utero nascatur, ex meo lacte nutriatur, calore meo foveatur, et inter ubera mea commoretur.

Addo, quod si Salomon cum israelitico populo in dedicatione templi ex lapidibus facti, copiosum, et magnificentum sacrificium ingenti a lacritate solemmiter celebravit; maiori certe gaudio nativitas Virginis celebrari debet, in cuius utero, velut sacratissimum templum, Deus ipse descendens, et humanam naturam ex ea suscipiens, cum hominibus voluit habitare, cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA III.

*In honorem felicitis ortus Deiparae Mariae variis animi conceptionibus elucidantur verba illa Cantico: Quae est ista, quae progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, ut luna, electa, ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata?*

Pulchram haec angelorum interrogationem, tametsi non desint, qui ex ignorantia processus arbitrati sint; ea tamen satis perspicua ratio mihi suadet, non ignorantiae, sed admirationi potius adscribi debere, quod eisdem verbis, quibus quaestioem proponunt, eandem

et solvunt; continent enim miro ac singulari artificio quoddam echo, respondens interrogationi: si enim percontantur: *Quae est ista, quae progreditur quasi aurora?* aurora respondet echo: cum etiam interrogat: *Quae est ista, quae progreditur pulchra ut luna?* luna similiter occurrit echo: deinde cum quaerunt: *Quae est ista, quae progreditur electa ut sol?* sol refert echo: ac tandem cum perquirunt: *Quae est ista, quae progreditur terribilis, ut castrorum acies ordinata? nata;* respondet echo quasi diceret: nata est fortis, ut exercitus, et ut Minerva, quam armatam natam Genilites fingebant. Quadruplex haec responsio, quam apte in beatam Virginem conveniat, paulatim elucidemus: est enim in primis aurora, quia praeterquam sicut sol est partus aurorae, ita Christus sol iustitiae partus fuit Virginis, ut ait Evangelista (Mat. 1), *de qua natus est Iesus.* Certe sicut aurora prima est, quae noctis tenebras expellere incipit, ita b. Virgo infidelitatis, et ignorantiae obscuram noctem, quae universum orbem occupabat, Apostolo dicente (Galat. 3): *Conclusit omnia Scriptura sub peccato, suo clarissimo ortu exclusit.* Singuli patriarchae, quos sacer evangelista commemorat, singulae fuerunt horae illius caliginosae noctis, unde antiqui Patres ardentissime agnoscere desiderantes, quod fuissent iam transactae illius horae, clamabant, ut refert Isaias (cap. 21): *Custos, quid de nocte?* cui interrogationi respondit custos, iam adventasse auroram, et dixit custos: *venit nunc.* Exponit ad hoc propositum d. Augustinus praesens vaticinium dicens (sup. c. Ioan.): *Mundum interrogare Deum, qui humanae praecipue creaturae custos est, Iob dicens (cap. 7): *O custos hominum, quantum temporis defecerit ad solis ortum, hoc est, ad Christi adventum, tunc ait: *Deum custodem respondisse: *venit nunc; quasi diceret: non longe abest sol, cum iam adsit aurora futura eius Mater: iam infelices illae tenebrae horae noctis pertransierunt, venit iam clara, aurea, et iucunda hora, id enim sibi vult aurora, scilicet, aurea hora, ut periti latinae linguae docent, adventus solis praenuncia: unde Maurilius (lib. de corona Virginis ser. 32) ait: *In libro de proprietatibus rerum dicitur: *Orietur lucifer in aurora, et Orientis solis praesentia nunciatur esse proxima, et vicini evisione omnes laetantur, et similiter lucifer gratiae divinae ortus est ab hac aurora, idest a Virgine Maria, et ipsa gemmis omnium virtutum adornata Christum solem iustitiae non solum praemonstravit, quinimo in suum uterum traxit, et nobis peperit, ex quo lactata est omnis creatura; et d. Bernardus: *Certe o Maria, officium aurorae implevit: ipse enim Sol iustitiae de te processurus ortum suum quadam matutinali irradiatione praeveneris, in te lucis suae radios copiosissime prona fudit: haec ille. Congruit etiam Virgini auroram vocari in suo ortu: nam sicut infirmi febricitantes adveniente aurora melius se habent, quia tunc febris fervor languescit, et minoratur; ad eundem modum infirmus mundus gravi peccati morbo febricitans tempore ortus huius aurorae melius, quam unquam se habere coepit, ut non obscure indicavit lucta illa Iacobi cum ange-*******